



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio. XXII. Ingressus gigantis: ubi ostenditur, quo passu sanctissima Virgo secuta sit Jesum in exercitio magnarum virtutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

voluntati, quæ moderatur omnia: Dispone, mi DEUS, de creaturâ tuâ, sicut tibi plaquerit. Ipsa non æstimabit, nisi ipsum solum; non amabit, nisi ipsum solum; non quæret in omnibus, nisi ipsum solum. Ecco igitur quid agendum ipsi sit, ut huc perveniat.

Quæro
addiscenda
scientia
Omnis &
Nihili.

Concipere oportet ipsam in animo suo maximam æstimationem Dei, & omnium eorum, quæ spectant ad ipsum; & exin æstimationem hanc magis augere, & iterum magis adhuc augere illam, & denuo altius attollere, & iterum altius attollere illam, & nunquam cessare, quin semper adaugeat & attollat illam de die in diem, quoad anima sit tota persuasa & omnino magnâ hâc veritate imbuta; quod Deus solus sit omnia. Contra autem concipere debet vilipensionem maximam omnium eorum, quæ Deus non sunt, & exin

vilipensionem hanc semper magis, magisque augere, iterum iterumque augere, & ita augere, ut anima firmissimè credat, omnia, quæ Deus non sunt, esse purum nihilum. Hac ratione fieri non poterit, quin Deus solus obtenturus sit omnem æstimationem tuam, omnemque amorem tuum; e contra creaturæ non nisi omnem contemptum tuum. Et ecce id, quod nuncupatur, navare operam scientiæ *Omnis & Nihili*.

Dico, hanc præxim esse tam facilem, ut omnes indiscriminatim capacitatem habeant exercendi illam, illique animum adjiciendi: Nihilominus tam proficua est, tamque efficax, ut deducat & dirigat animum, quæ constantem navabit illi operam, passu giganteo in viam Dei: Experite & videbis.

☉ (O) ☉

CONSULTATIO XXII.

Incessus Gigantis, ubi ostenditur, quo passu Sanctissima Virgo secuta sit JESUM in Exercitio magnarum Virtutum.



Abstraximus nos aliquantisper à consortio hominum, per tres solummodo dies, intra quos quilibet man-

sit solus cum Deo solo in silentio & solitudine, statuentes nobiscum navare operam studio magnæ hujus scientiæ, *Omnis* nimirum & *Nihili*, quæ conclusio fuerat & fructus ultimæ nostræ Consultationis.

Erat

Erat nobis desiderium practicandi illam: Quid enim prodesset pulchritam plantasse arborem in horto suo, si non produceret nisi folia? Non adhibetur illi cultus, nisi ut fructus colligatur ex eo. Quantum ad me, gustare volui, cujus saporis essent fructus hujus arboris, scientia Boni & Mali; considerationis, inquam, Omnis & Nichili; cumque profundè & seriò meditaretur circa magnam hanc veritatem, videre mihi videbar ingentes duas abyssus; abyssum unam magnificentia in omni, & alteram abyssum Vilitatis in Nichilo.

Aspiciebam abyssum magnificentia in Deo, ubi nullum mihi licebat invenire fundum; Incassum nitebat formare mihi imaginem magnitudinis alicujus infinita in omni perfectionum genere, in esse suo eterno & illimitato, in bonitate sua, in divina sapientia sua, & in omnibus alijs attributis suis. Verum non est hoc, quod mihi imaginabar. Incipio atrolere cogitationem meam centies adhuc altius, sed nec hinc ipsis invenio terminum: Centies millies altius adhuc ascendebam, & exin decies centies millies sublimius tunc atrolere adnitebar, sed nondum eandem adhuc attingo; id attentare est impossibile: quia enim ratio ne intellectus limitatus & parva admodum magnitudinis comprehendere possit magnitudinem abs-

que limitibus? Videbam bene; quod licet ejusmodi conatus impenderem omnibus momentis vitæ meæ, & vita mea proroganda foret ultra sæculum, nunquam tamen invenire possem ultimum terminum magnitudinis Dei; imò ipsemet eundem nunquam vidit, eoque non habeat illum. Est hæc magnitudo abyssus absque fundo, in qua aliquis se perdit, in qua aliquis evanescit, in qua aliquis se totum invenit absorptum: Ubi aliquis nil amplius videt, ibique subsistere debet. O magnitudinem! O magnitudinem infinitam! O magnitudinem incomprehensibilem! quia non comprehensibilem! quia non comprehendente, comprehendente tu me; absorbe me, meque ita submerge in te, ut non amplius inveniam me!

Intuebar eodem sermè aspectu, Cur sit im-
 aliam quandam abyssum prorsus possibile
 contrariam, cuique plus fundi non compre-
 erat, quam prima. Hæc est pro- hendere
 fundum nihilum eorum omnium, profunditatem ni-
 que DEUS non sunt. Nescio bene hili creatu-
 ne declarate, quâ ratione id tam rarum.
 bene concordet; verum tamen est, quod non nisi eodem lumine, utraque hæc abyssus detegatur animæ: Non reperire est terminum magis in unâ, quam in alterâ, eoque ambæ æquali ratione sint infinitæ: Contendet demittere sese in inimum intellectus, quantum poterit, ut inveniat, quousque se extendat contemptibile nihilum creaturæ,

nondum illius invenerit terminum; descendat adhuc millies magis in imum, & adhuc magis in imum, & semper magis in imum, nunquam pertinget illuc, nec inveniet illum.

Tam procul abes ab eo, ut illuc pervenias, ut potius, quanto magis tuum intenderis intellectum, ad perveniendum illuc, tanto magis sis aberraturus: Semper enim congies aliquid, & ubi aliquid est, non est purum & simplex nihilum, cujus intendis penetrare

Homo non est nisi purum nihilum.

abyssum. Id igitur potius conficeretur, cogitando de eo nihil, nihil loquendo de ipso, nihilque ipsam aestimando, imò prorsus ipsius obliviscendo. Nihilominus ecce quid sumus à nobis ipsis, & tamen sapientes nos judicares; gloriamur de nostrâ magnitudine, magnique nostram facimus excellentiam. O probrum! dum credimus nos aliquid esse, cum reverâ non sumus nisi miserabile nihil! O quam est æquum, ambitiosos omnes summo affici despiciatu!

Dum aspiciebam duas hæc ingentes abyssos *Omnis & Nihili*, ubi ab initio nihil videbam, quamvis pro omnibus viribus meum intenderem intellectum, videre mihi videbat JESUM Christum, & Sanctissimam ipsius Matrem, quodque ambo simul & eodem tempore essent in abyso utraq;e. Hæc visio rapuit me quidem in admirationem, nihilominus etiam reple-

vit me consolatione; non comprehendebam ab initio, quod videbam, erigebam tamen sollicitè mentem, sperans à bonitate DEI, me aliquam illius accepturum intelligentiam.

Sanè elapsâ quartâ horæ parte, videbar mihi ex ore Sanctissimæ Virginis percipere magna hæc verba ex octavo Proverbiorum capite:

Quando gyro vallabat abyssos, cum eo eram cuncta componens:

Proverb. 2.

Aspiciebat ipsa Filium suum Unigenitum, mihi que dicebat: Quando circumdabat ipse abyssos, velut quodam cingulo; quando ipsas aniebat simul, ut ex ambabus faceret nonnisi rem unam, eram cum ipso, & cum ipso componebam totum eximium hoc opus. Hæc

Sanctissima Virgo univit duas abyssos *Omnis & Nihili*.

quando is unijt & conjunxit ambas simul, ut faceret nonnisi eandem ex ijs rem? Tunc nempe, quando tam strictè univit divinitatem cum Humanitate, ut ambas incluserit in personâ suâ adorandum: Tunc videre erat abyssum

Omnis, nempe DEUM, & abyssum *Nihili*, nempe creaturam, simul unitas, ut non essent nisi eadem res, id est, nonnisi eadem persona, sed quis aderat ipsi, ut adjuvaret eum in conficiendo prodigioso hoc opere? Nonne erat Sanctissima Virgo? Ipsa igitur est, quæ verè dicere potest: *Quando gyro vallabat abyssos, cum eo eram cuncta componens.* Nihil tam est admirabile, quàm videre ipsam,

Jesus Christus & sanctissima, ipsius Mater sunt simul eodem tempore in duabus abyssis *Omnis & Nihili*.

sem-

semper suam comitari Filium, & ubique sequi ipsum usque ad extremam ambarum harum abyssum profunditatem.

Attolle in altum oculos, & videbis illam cum ipso in altissimâ abyssu magnificentiarum DEI, quando suum invenit Filium in sinu Patris sui æterni, ut illius caperet possessionem, & illo sinum suum repleret Virgineum: *Verbum Patris in ipso sensu Patris invenit, & toto hæsit pectore*: Apprehendit ipsum in altissimâ sublimitate excellentiarum, quas complectitur magnam illud Omne. Ecce igitur illam cum ipso in harum abyssum unâ: Et exin demitte oculos usque ad fundum alterius abyssus Nibili, & videbis illam etiam hinc cum ipso; eòquod ipsamet sit centrum profundissimæ humiliationis, quò ille dejecit ac depressit se factus Homo. *Verbum Caro factum est*; Et S. Paulus nobis dicit; quòd ibi exinaniverit se totum: *Exinanivit semetipsum*. Ecce igitur illam semper cum ipso, ubique comitantem ipsum, concorditer cum ipso laborantem, ad componendum pulcherrimum & prodigiosissimum ex omnibus operibus Dei, quod est, conjunxisse simul duas immensas abyssus *Omni* & *Nibili*, Creatoris & creaturæ, ad confici-


endum exin non nisi rem unam & eandem: *Quando gyro vallabat abyssos, cum eo erant cuncta componens.*

Admiror sanè hoc opus, aspiciens illud ex parte abyssus excellentiarum DEI; sed hæ ipsi propriæ suæ & naturales. Et hoc opus est solius Patris, producere DEUM in infinitâ suâ magnitudine. Sed admiror multò magis, aspiciens ipsum, ex parte abyssus annihilationum ipsius; siquidem annihilationes & abjectiones DEO naturales non sunt; sed potius crederetur, has ipsi esse impossibiles; & hinc afferendum est, hoc prodigium omnia superare prodigia, summèque esse incomprehensibile, aspicere DEUM annihilatum. Et tamen hoc opus est Matris admirabilis, quod Pater conficere non poterat ex seipso, quamvis sit omnipotens.

Deus magis admirabilis videtur in abyssu Nibili, quàm in abyssu Omnis.

O prodigium! O portentosam potentiam profundæ annihilationis Sanctissimæ Virginis! eòquod virtutem habuerit ac robur, non solum suam humiliandi personam, sed personam ipsius DEI. Quæso immoremur paulisper considerationi ipsius, quia miras intueor in ipsâ excellentias, quibus allicior.

* * *



ARGUMENTUM.

De profundâ Humilitate Sanctissimæ Virginis.

Nescio, quid magis admirer in ipsâ, vel divinam ipsius Maternitatem, vel profundam ipsius humilitatem. Utraque videtur mihi pari ratione incomprehensibilis. Sanctus Thomas observat tantam magnitudinem in divinâ Maternitate, ut dicat, quod ipsa è tribus sit una, quæ exhauriant potentiam DEI, quòdque DEUS facere non possit Matrem, quæ major sit vel excellentior: si igitur desumenda est mensura profundæ ipsius humilitatis, ex sublimitate divinæ Maternitatis ipsius, nonne affirmari potest, quod, sicut una infinita apparet in suâ altitudine, altera etiam velut infinita æstimanda sit in suâ profunditate.

Sanctissima Virgo præfert humilitatem Maternitati & Virginitati suæ.

Sed an æquum est, interrogavi ipsum, hanc instituere comparationem? Non solum æqua est hæc comparatio, respondit mihi, sed observari hic etiam possit aliquod genus prærogativa. Animadverto in Evangelio ipsam totam fuisse jam promptam ac expeditam ad renuntiandum divinæ Maternitati, ut conservaret Virginitatem suam, si una incompatibilis fuisset cum alterâ, quando Angelo nuntianti sibi, quod futura esset Mater DEI, respondit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*; qua-

si diceret: quâ ratione consentire me vis, ut Mater evadam, cum voto obstringar, ut semper permaneam Virgo? Ad hæc video in eodem Evangelio, quod videatur renuntiare Virginitati suæ, vel saltem illam dissimulet & abscondat, ut exerceat humilitatem, quando in Cæremoniâ Purificationis suæ, se aggregavit cœrui aliarum fœminatium, quæ desierunt esse Virgines, dum factæ sunt Matres. Nihilominus nunquam videbis, renuntiâsse ipsam humilitati suæ, qualemcunque ob causam. Et hæc super te sanctus Bernardus libere dicit: *Audeo dicere, quod sine humilitate nec Virginitas MARIÆ DEO placuisset.* Jam alibi comparavimus humilitatem cum sole; & verum est, ipsam in mundo gratia esse, quod est sol in mundo natura: Omnes res corporales habent pulchritudinem suam, colores suos, figuras suas, situationem suam, & illecebras suas, quibus placent oculis, sed cum conditione, ut sol hæc omnia ostendat & in lucem profert; siquidem in ipsius absentia sic omnem suam amittunt venustatem, ut diceret, ipsas amplius non esse; & hoc eodumque, ut aliquis extiterit Philosophus, qui affirmare est ausus, quod in absentia luminis corpora nullam am-

S. Bernardus dicit.

Humilitas efficit pulchritudinem mundi spiritualis, sicut sol illum mundi corporalis.

amplius habeant colorem. Eadem omnino ratione verum est, quod omnes virtutes suam habeant pulchritudinem, & excellentiam suam singularem, sed opus est, ut humilitas illis splendorem ac speciosum nitorem illum conferat qui ipsas ostendat & apparere faciat; absque illa bene agnoscere non licet, aliquam ibi virtutem esse: Imò Sanctus Augustinus velut vitia intuebatur ea, quae populi in Philosophis Paganis velut magnas admirabantur virtutes: *Virtutes Paganorum sunt vitia*; ipsi enim non ostendebant virtutes suas nisi ut sibi comparerent aestimationem mundi; Haec igitur virtutes non erant, sed vanitates; non erant nisi species & virtutum phantasmata à vanitate & ambitione ipsorum fabricata: vera virtus nunquam invenitur nisi in Christianis, eoque non nisi ipsi cognoscant & profiteantur humilitatem.

Idem Sanctus Augustinus admirans potentiam humilitatis Sanctissimae Virginis, cui robur erat trahendi nobis Deum à caelo in terram (sicut S. Bonaventura in Psalterio ad laudem ipsius concinnato luculentis asserit verbis: Quia ergo Domina humilima fuisti, Verbum increatum ex te carnem sumere coegisti) desuper seriam hanc instituit considerationem: Afirmat, quod sicut haec virtus est scala, per quam Deus descendit ad nos, & per quam nos ascendere

per quam nos ascendamus ad Deum, Tolle humilitatem, non videbis Majestatem Dei descendere usque in abyssum miserationum nostrarum humanarum: tolle humilitatem, non videbis amplius miserabilem creaturam attolli usque ad magnitudinem Dei.

Et deinde totus pulchritudine hujus virtutis illectus exclamat, O vere beata humilitas, quae Deum hominibus peperit! Tu è sinu Patris sui aeterni, descendere fecisti ipsum in sinum nostrum; Tu ex Deo Omnipotente, qui formidabilis est Majestatis, quique timore ac tremore nos concutit, fecisti Infantem tam suavem, tamque amabilem, ut attrahat nos ad se per suam illecebras ducedinis, & omnia nostra lucretur corda, haecque se rapiat per blanditias amoris plenissimas. Quam enim ratione cor durissimum in mundo, non flectetur & moveatur, dum edusque aspicit Deum humiliatum, ut fieri Infans non fuerit dedignatus? cum Deus, dum videt hominem vere humilem, non possit continere cor suum (quamvis summe offensum & irritatum sit) quin flectatur, moveatur, emolietur. O pretiosam virtutem, quae reddere novit Deum tam amabilem hominibus, & vicissim homines tam amabiles, tamque acceptos Deo! ô felicem animam, quae cognoscit ipsam; feliciorum, quae illam amat & inquit; sed feliciffi-

debemus ad ipsam.

Quantum amare debemus humilitatem.

castimam, quæ invenit & possidet illam.

Ut aliquis sit humilis, nil aliud agendum habet, nisi ut cognoscat veritatem ejus quod est.

Fateor hæc omnia, dices sed humilitas tam facilis non est comparatu: plurimi stat hominibus, antequam illam obtineant; eod quod plurima, ut acquiratur, sint præstanda. Nullatenus; siquidem, ut bene intelligas, homini nihil faciendum est, ut sit humilis, eod quod totus ad hoc sit ipse factus. Si voluerit esse superbus, seque attollere in altum, multa habebit, quæ agat, plurimoque labore stabit ipsi, nihil enim in ipso est factum, ad conferendam illi magnificentiam; sed, ut sit humilis, & etiam perfecte humilis, nonnisi oculos aperire oportet ipsum, & aspicere statum, in quo est à seipso, & videbit quantocyus seipsum in nihilo; Ecce proprium ipsius bonum, & ea omnia, quæ habet à se ipso: Nonnisi ergo se aspiciat, hincque maneat & contentus; Et ecce tibi eum, qui aliquid agat, vel aliquam impendat laborem, perfecte humilem. Non dicendum est illi: Volo me immergere in abyssum mei nihili, ut perfecte evadam humilis; non habemus opus, ut illi nos immergamus, quia jam sumus tibi; Nonnisi cognoscenda est nobis veritas, & videndum solummodò, ubi sumus ex propria nostra conditione. Abs eo, quod nosmetipsos illum ponamus, invenimus, ea omnia, quæ agere oporteret ad nos humi-

liandos, jam esse facta, nonnisi agnoscere oportet illa. Dicitur igitur optimè potest, humilitatem aliud non esse, quam agnitionem veritatis. Sic non immeritò dixi, nihil esse agendum, ut aliquis sit humilis.

Verum dum aliquis vult esse superbus, quantas, ô Deus! absorbendas habet difficultates? quid non agendum illi, ut è statu abjectionis sese eruat seque supra alios attollat? quantis est opus violentiis & coactionibus! quantis curis & inquietudinibus! quantis diffamulationibus & dolis! quantis angustiis & timoribus, ne minimum subire cogatur contemptum? Et si vel levissimus accidat ipsi, quanta exin amaritudo animi, quanta afflictio! quantæ solitudines, ut tenuis obtineatur honoris fumus; Et si obtineatur, vel non satis pro voto suo, vel alius præferatur, quanti mœores, quantæ amulationes! quanti huic ambitioso cruciatus! vix non maceratur, contabescit dolore conficitur! Hinc non immeritò dixit melchisedeus S. Bernardus, *ambitionem esse ambitiosorum Crucem* ac patibulum: Ambitio ambientium Crux: Ita est vera crux, verum patibulum, cujus condemnat Deus hosce sceleratos: Patibulum attollit quidem & exaltat suum virum paulisper super populum, sed hoc est, ut oneret ipsum opprobrio, ipsique gulam recte infringat.

Plurimi stat esse superbum.

S. Bernard.

Ut

U: humili-
tam stat
id est

humile
parogati-
na humili-
tatis

Ut aliquis sit humilis, prorsus
stat nihili; nulli faciendi sunt sum-
ptus. sicut ad comparandum vanam
laudem; nec unicum opus est lin-
neâ, nec verbo unico; sed nec
quidquam agendum est cum mun-
do, nec aliquid illi solvendum,
ed quod nihil expectatur ab ipso:
Ut aliquis verè sit humilis, disce-
ptandum est ipsi cum nemine, ed
quod nemo ipsum oppugnet; nul-
li inserviendum est ipsi, ut aliquam
ab eo emendicet estimationem,
quia talem non aucupatur; nihil
timendum habet inquietudinis,
obmetum alicujus contemptus,

quia contemnit hunc ipsam. De-
nique, ut aliquis sit humilis, nihil
agendum est ipsi, nisi quod perman-
eat in pace in proprio suo loco
naturali, & in verâ cognitione sui
ipsius; & hic inveniet tantum pa-
cis & dulcedinis, ut verus existat
paradisus: *Discite à me, quia mi-
tis sum, & humilis corde, & inve-
nietis requiem animatus vestris.*
Sanè, si aliud non esset, nisi tor-
mentum ambitionis, & quies hu-
militatis; inimicum sui ipsius esse
oportet, qui malit esse super-
perbus, quàm humilis.

Matth. 23

* * *

ARGUMENTUM.

De firmâ fide Sanctissima Virginis.

ARTICULUS I I.

Disceptabant inter se fides &
humilitas, cuiam ex ip-
sis primus deberetur lo-
cus in ædificio anime verè Chri-
stianæ? Humilitas dicebat: debe-
tur is mihi; me oportet fundamen-
tum esse omnium, nulla enim vir-
tus magis me descendit in imum. Et
fides similiter: debetur mihi; San-
ctus enim Paulus ait, me primum
esse passum, quo accedendum sit ad
Deum: *Accedentem ad Deum
credere oportet*: Sed ecce quâ ra-
tione mirum in modum inter se
concordent. Ad stabiliendum be-
ne fundamentum magni alicujus
ædificij, duo requiruntur. Primò

oportet effodere terram, & eduf
que excavare ipsam, quoad inve-
niatur solida: secundò oportet de-
super valde duros ac graves collo-
care ac struere lapides, qui totum
portent ædificium. Humilitas in-
quit: Ego faciam primùm; ego
effodiam usque ad nihilum, quod
fundamentum solidum, super quod
Deus ipse fundavit ingens ædifi-
cium mundi hujus visibilis: *Qui
fundavit terram super nihilum.*
Et fides inquit: Ego faciam secun-
dum; Ego ponam primum lapi-
dem, cui innitetur totum ædifi-
cium salutis: scriptum est enim,
quòd Vir sapiens ædificaverit do-
mum

& fides
sunt funda-
mentum
salutis.

Job 26:
v. 7.

Job 26:
v. 6.

Humilitas

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

B b b b b

mum

mum super firmam petram; & hæc petra est fides: Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Sic duæ hæc virtutes, fides & humilitas inter se concordant, gaudentque prærogativâ, ut præcæteris primum obtineant locum.

Magnitudo
fidei san-
ctissimæ
Virginis.

Considerare volens magnitudinem & firmitatem fidei Virginis Sanctissimæ, dimidiâ jam ex parte confectum opus habet, si mirabilem aspexerit profunditatem ipsius humilitatis: Nam sicut requiritur, ut lapides, quæ collocantur pro fundamento, repleant totum hiatus, totamque profunditatem, quæ excavata fuerat, ad recipiendum illos; sic dicendum quoque est, quod fides incomparabilis hujus Matris, repleverit totam, eamque maximam amplitudinem profundæ ipsius humilitatis. Nonne hæc in admirationem rapuit sanctam ipsius cognatam Elisabeth, dum domi suæ recepit ipsam eam cum salute, quam summus cordis expresserat jubilus? *Beata, que credidisti, quia perficientur ea, que dicta sunt tibi a Domino: ô beatam fidem tuam! Beatam animam tuam, quæ habere potuit fidem tam firmam ad credendum res tam arduas, quæ judicio humano videntur impossibiles? Credere, quod futura sis Mater permanens Virgo: Credere quod futura sis DEI Mater, qui tuus est Pater: Credere, quod vix puella data sit vitam Deo æ-*

Lc. 1. 7.
45.

terno: Credere quod complexura sis in arcto ventris tui ergastulo Deum immensum, quem tota cælorum vastitas comprehendere non potest: Credere, quod per operationem Spiritus Sancti, virtutemque ipsius divinam futura sis Mater ejusdem Filij, cui Pater æternus est Pater! ô Deus, quanta tuæ fidei magnitudo debet esse ac robur, ut omnia hæc portenta credas ac prodigia.

Sed quâ ratione representare nobis possumus fidem Sanctissimæ Virginis, ut bene cognoscamus illam? Eratne fides obscura ac debilis, sicut est plerorumque Christianorum? Non, habebat ipsa multum evidentiam: Eratne ergo simpliciter hæc virtutum Theologicarum & infusarum prima, quam recipimus omnes in sacro Baptismo, ut aggregamur cœtui fidelium? Absque dubio habuit fidem hanc communem, & eandem in omnibus Christianis; habuit tamen illam modo prorsus singulari; Erat hæc enim quali pars ipsius; Erat tota ipsius lux, ipsius dux, ipsius occupatio; dicerem libenter, quod fuerit propriè ipsius vita: Siquidem cum scriptum sit, quod *jubus ex fide vivat*, & procul dubio Sanctissima Virgo ex omnibus justis fuerit justissima, de hoc dubitare nemo potest. Dicendum igitur est, vixisse ipsam sanctissime & perfectissime ex fide.

Miræ pro-
prietates fi-
dei sanctis-
simæ Virgi-
næ,

Galat. 3. 7.
12.

Omnes

Omnes sancti in cælo, vivunt ex lumine gloriæ, & omnes iusti in terris vivunt ex lumine fidei.

Timeo, dicebam interpellans ipsum, ne tradas mihi hinc doctrinam, nimis subtilem, nimis que spiritua- lem; ejusmodi discursus non placeat omnibus; avida excipiuntur res aure, si explanentur eâ ratione, ut capi possint absque labore. Loqueris mihi de vitâ ex luce: paucissimi sunt, qui ejusmodi oblectantur dapibus, vel qui credant se ips bene refici ac nutrirî.

Non, reposuit mihi, nihil dicam, quod non facile sit intellectu, quodque futurum non sit jucundum omnibus, quicumque vel renuem salutis suæ habuerint zelum. Quando dico tibi, quod iustus ex fide vivat, non loquor de carnalibus, quibus cura non est, nisi de vitâ Corporum, quæ non nisi carne nutriuntur, quibusque alius non est Deus, nisi venter ipsorum: Ejusmodi homines non aggregantur numero justorum. Loquor igitur de justis, qui præcipuâ curâ prosequuntur vitam animarum suarum, eodquod per animas suas iusti existant. Jam nōsti, animam spiritualem esse; ipsius igitur alimentum spirituale quoque esse oportet: Potest & anima suam tolerare famem, eodquod sentiat desideria, quæ aliud non sunt, nisi famas animæ; indiget igitur alimento, quod ipsam satiet, ipsiusque famem extinguat. Sed ubi in-

venite est alimentum hoc spirituale & æternum, quod reficere possit animam? Non est aliud, nisi veritas. Quare?

Quia videmus, omnes facultates nostras habere pro suo nutrimento certas dapes, quibus oblectentur, quæque factæ esse videantur pro ipsis, sicut etiam reipsa pro ipsis facta sunt, ita ut ex alio ipsæ vivere non possent: Exempli gratiâ, oculi nostri facti sunt pro lumine & coloribus; reliquorum omnium appetunt nihil: aures nostræ factæ sunt pro sono & harmoniâ; cætera omnia non delectant ipsas: Sic anima nostra quæ spiritus est, facta est pro veritate; Et hæc veritas tam proportionatum animæ nostræ nutrimentum est, ut nec alio oblectari, nec ex alio vivere posset, nisi ex veritate. Nōne pari ratione veritas æterna constituet vitam beatam in cælo? *Beatitudo est gaudium de veritate;* dicit S. Antonius part. 4. tit. 7. de spe. cap. 7. §. 1. Et quomodo ipsa vivere possit in terris, nisi ex cognitione ejusdem veritatis? Veritas semper est vita intellectus: sed veritas infinita & æterna, quam intellectus clarè videt per lumen gloriæ constituit vitam Sanctorum in cælo; & eadem veritas cognita hinc per fidem instituit vitam iustorum in terris: & sic intelligo, iustum vivere ex fide.

Formavi hinc ipsi aliquam objectionem, quæ magnum nobis affert

Bbbbb 2 fert

Anima nostræ non nutritur, nisi veritate cognita per fidem.

S. Antonius p. 4. tit. 7. de spe. ca. 7. §. 1.

Est fides æticiens, &

Quomodo iustus ex fide vivat.

pro- res fi. n. fil. Virgi.

3. 9.

*fides sub-
stantia,*

fert lumen circa cognitionem admirabilis fidei Virginis Sanctissimæ. Anima nostra, dicebam ipsi, est substantia, & fides nostra non est nisi accidens: quomodo ergo accidens nutrire possit substantiam? Ecce responsum ejus, quod mihi admodum aridebat. Verum est, quod accidentia nutrire non possunt substantiam: Corpora nostra, quæ substantiæ materiales sunt, non vivunt ex accidentibus; Exempli gratiâ, coloribus, sono, odoribus, & rebus ejusmodi alijs; opus est ipsis pane & aliquâ substantiâ corporali ad sui nutritionem. Verum quoque est, animas nostras, quæ substantiæ spirituales sunt, non nutriuntur ex accidentibus, velut cogitationibus, discursibus, cognitionibus transitorijs, gustibus, illustrationibus, quæ in intellectum veniunt, & ab eodem recedunt: Accidens, quod adest & abest; opus est ipsi substantiâ spirituali, quâ nutriatur: Et quia ipsius nutrimentum est veritas, requiritur igitur veritas substantialis, vel potius veritas substantia veritas æterna, quæ subsistit ex seipsâ: Ecce verum ipsius nutrimentum: Jam hæc veritas est ipsemet Deus: Oportet igitur ex eo vivere animam nostram: quoad invenerit ipsum, ipsaque nutriatur, contabescit, languet, moritur præ fame.

Sed ubi invenire liceat substantialem hanc veritatem, vel potius hanc veritatem substantiam, & sub-

sistentem ex seipsâ, quæ nostram nutriat animam? Fides demonstrat nobis eam, quando nos docet, quod Deus sit, sed hæc non est nisi fides nascens; fides major nos amare ipsum facit, nõsque extimulat ad ipsum querendum; & hæc est fides operans: Sed non nisi maxima fides facit nos ipsum invenire, nobisque ipsius consignat possessionem, efficiens è corde nostro Sanctuarium Divinitatis juxta verba magni Apostoli: *Christum habere per fidem in cordibus nostris.* Videtur mihi ergo, dicebam ipsi, hanc esse altissimam perfectionem fidei, & sublimissimum statum, quod ipsa deducit maximos Sanctos. Non, video aliquid absque comparatione majus in fide Regiæ omnium Sanctorum; Verum hoc privilegium singulare est solius Mariæ Verbi Incarnati: Et est, quod fides omnium Sanctorum non nisi semper sit accidens, eod quod sit virtus quædam infusa, quæ non est ipse Deus: sed fides sanctissimæ Virginis est verè quædam substantia, eod quod ipsemet Deus sit; Veritas æterna & substantialis; Verbum Patris ipsi datum: ipsa sola est, quæ cum JESU Christo Filio suo, vidit habitare in se totam plenitudinem Divinitatis corporaliter. Observa hanc bene differentiam.

Tota fides aliorum Sanctorum non est, nisi cognitio Dei: Sed fides particularis Sanctissimæ Virginis est proprium Verbum DEI.

Haud

Ephes. 1. v.
17.

Fides sanctissimæ Virginis erat substantialis, vel substantia,

ca. v.

Haud difficulter audeo appellare illud fidem ipsius: Quid enim proprie est fides? Nonne juxta doctrinam omnium Theologorum: *Verbum DEI revelatum?* Hoc est Verbum æternum, proprius Dei Filius manifestatus, est ipsa veritas nostris communicata animabus: Ecce quid proprie sit fides Divina. Jam pondera bene & admirare stupendam differentiam inter fidem Sanctissimæ Virginis, & illam reliquorum Sanctorum. Verum quidem est, quod Verbum æternum omnibus manifestatur per fidem, sed manifestatur Sanctis, quando loquitur ipsis ipsosque instruit, & manifestatur Sanctissimæ Virgini, quando ipsummet datur illi, & in proprio ipsius utero incarnatur. Ausculta sublimem Theologiam in verbis Sanctæ Elisabeth inclusam:
Et beata, quæ credidisti, quia perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino; O beatam fidem tuam Sanctissima Virgo! quod dixit tibi Dominus, perficientur in te. Dominus non nisi unicum habet Verbum, per quod dicit omnia, quæ novit; ipse tibi mittit, tibi communicat, tibi que donat idem hoc Verbum. Ecce amplius nam quandam revelationem omnium secretorum ipsius; & id, quod tibi dicit, id est, magnum hoc Verbum, quod ad te mittit, complebitur & perficientur in te, eò quod Verbum æternum recepturum sit in sinu tuo, novum quoddam esse, quod non

habebat, antequam reciperes illud: perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.

Intuebar quidem aliquid magni in expositione ab ipso mihi facta, quod poterat esse argumentum profundæ meditationis viris doctis & scientiâ excultis; sed cohibere me non poteram, quin ipsi dicere: Non immerito metuebam, daturum te mihi doctrinam nimis subtilem, nec minus sublimem; quantos reperire erit, qui nihil intelligunt ex eo, quod mihi dicit de magnitudine & excellentiâ incomparabili fidei Sanctissimæ Virginis; & dein, si id intelligere possent, quem fructum haurirent ex eo? Optarem aliquid magis proficuum, quod bonum conferret affectum, & deduci posset in praxim; aliàs quid prodest dicere res maximas, & ne quidem perficere minimas?

Sed bonum est, respondit mihi, loqui quandoque de Excellentissimæ DEI & illis Sanctissimæ Matris ipsius, tam altè, ut non intelligatur à simplicibus; saltem enim admittantur illud, quod intelligere non possunt, semperque id prodest ad insculpendum ipsorum mentibus ingentem estimationem Majestatis Dei, ac reverentiæ affectum ergà ipsam. Nihilominus assentior opinioni tuæ, potissimum collimandum esse ad salutaria documenta, praxim, bonosque affectus eliciendos; & ideo, quantum licet, dicendæ illis sunt res,

B b b b b ; quæ

Bonum est, dicere, vel scribere quandoque res, quæ non intelliguntur ab omnibus.

quæ palpari & sensibus percipi possunt. Desiderium tuum æquissimum mihi videtur, ideoque mox illi satisfaciam.

*Explicatio
horum verborum: **Quis**
fuit ex fide
visus.*

Christianus & homo sunt veluti duæ res, ambo sua habent corpora; sed his dimissis, loquor de ipsorum animabus: hæc tam diversæ sunt, ut, si speciatim considerentur, bene dici possit, Christianum & hominem esse veluti duas res. Homo vivit & nutritur ex eo, quod blanditur sensibus; ex eo, quod somniat, id est, ex eo, quod ipse incidit imaginationi; ex eo, quod vult; ex eo, quod ipsemet agit ad suum votum, & penes electionem liberi sui arbitrij, sive bonum sit, sive malum: sic vivit ex se ipso & per se ipsum, totusque huic inimitur fundamento: Sed fundamentum hoc tam debile est, ut omnia hæc redigantur in nihilum: Ipse igitur non est hic justus, qui ex fide vivit, edquod, vivat naturaliter, & totus ex seipso.

*Nota bene,
quomodo
homo vivat,
ex seipso,
& Christianus
ex fide.*

Christianus non vivit ex his omnibus, hæcque parvi facit; quamvis cogitet, quamvis sentiat, quamvis velit, quamvis agat velut homo; aliter enim non potest, quia homo est; sed non facit ex ipsa vitam suam, nec fulcimentum, nec alimentum suum; aspicit hæc omnia velut nihil, vel potius ne dignatur quidam illa aspiceret, nisi ut maximum erga ipsa concipiat animo despiciat. O quantum abest, ut ex his vivere prætendat!

Unde igitur vivit hic Christianus? Vivit ex alto, ex eo, quod ipsi venit de caelo; ex eo, quod Pater ipsius celestis dat illi liberaliter & gratuito, quin laboret id comparare sibi ex seipso: Vivit ex fide, quæ reficit ipsius mentem veritatibus infinitis & æternis, quæ sunt illæ ipsæ, è quibus vivit ipsemet DEUS: Intellectus vivit ex veritate, & veritas est lux quædam æterna. Sola fides hanc confert intellectui Christiani, dum vivit, absque eo, quod in eâ faciendâ sibi sumat laborem, edquod jam sit facta: Vel potius ipsa est ex seipsâ, & non sit ab aliquo. Non igitur opus est ipsi vel laborare, vel studere, vel discurrere; sed solum recipere illam profundâ cum reverentiâ; gustare illam, magnâ cum animæ suæ consolatione, aspiciendo prodigia ab illâ ipsâ manifestata: Non nisi oblatus hæc debet, & in illâ quiescere, plenâ cum confidentiâ ac certitudine, quàm unquam ratione hujus sustineat vel turbationem, vel dubium vel inquietudinem. O quam laute nutritur Christianus, quando gustare potest veritates sibi à fide revelatas! dicendum enim est, illas esse summè jucundas, edquod, dum clarè videntur in caelo, constituant paradisum ipsius Dei, & omnium Beatorum: Et sic justus ex fide vivit, quæ eas ipsi revelavit.

Neque id satis est: Siquidem
justus

justus
ex spe.

justus vivit etiam ex spe, sed ex spe certâ, quam Deus dat ipsi gratuitò non meritis, quàm fidem, abs eo, quòd multùm laborare debeat ad eam sibi formandam; eò quòd Deus jam totam formatam hanc tribuat ipsi. Non requirende sunt ipsi multæ rationes, ut ijs innitatur, sè que in hac spe confirmet: Sufficit, Deum de hoc ipsum certificare. Nam sicut in fide non nisi unicam habet rationem, cui tota ipsius innititur fides: Hoc verum est, & credo firmiter, quia Deus hoc dixit: Ita in spe non nisi unicam habet rationem: Exspecto hoc bonum, & certò id spero, quia Deus hoc mihi promisit.

Quæ sit
spe Christi
Kant.

Sed cujusmodi est spes illa, quæ nutrit & alit vitam Christiani? Estne spes suam accumulandi fortunam, evadendi in magnum Dominum, divitem, potentem, æstimatum, amatum, honoratum in mundo? Non, hæc est spes hominis, quæ se pascit & reficit: Sed non est spes Christiani: Siquidem ipse probè novit, hæc omnia non esse, nisi meram illusionem & fallacem vanitatem: Is optimè habet exploratum, omnes si nul creaturas non esse dignas corde suo, nec idoneas ad id satiandum; quàm contemptibiles & abjectæ hæc sunt; tam nobile, vastum & amplum est illud: Ipsius spes collimat altius, ipse vivit ex expectatione & spe boni infiniti, quod possidebit in æternum; Ecce unde & ex quo

nutriatur: Omne aliud nutrimentum non sapit animæ ipsius, eò quòd cætera omnia contemnat ut abhorreat.

Hem quis ipsi addidit animos, suum adjiciendi animum ad tam sublimia, quæ ratione audet abjecta & contemptibilis creatura id prætere, id sperare, sibi que promittere? Quòmodo audet id expectare? DEUS ipsemet id illi promisit, & certò sperare id iuste ipsam. Jam Deus est infinita ratione fidelis in promissis suis, sicut infinita ratione verus est in revelationibus: Non magis igitur dubitandum est de spe, quàm de fide, eò quòd veritas DEI pari ratione fundamentum & basis sit utriusque. Eheu? Ecce maximum nostrum malum; nos nunquam satis firmi sumus in fide, nec satis certi in spe; unde oritur, quòd fides non satis captivet nostrum intellectum, & spes non satis attollat nostrum animum. O Deus! Si Christianus verè viveret ex fide, quid æstimare posset nisi Deum solum? Et si viveret verè ex spe, quid amare posset, ad quod aspirare, nisi ad bonum infinitum ipsi promissum?

Fundamentum solidum spei Christianæ.

Est ne igitur tandem hæc tota iusti vita? Non, vivit etiam ex amore; siquidem sicut intellectus vivit ex lumine veritatis; ita cor vivit ex igne sacri amoris: Sed qualis amoris? Estne amor, quem producit & elicit proprium cor ipsius?

Christianus vivit ex amore.

...? (Siquidem id totum fertur in amorem, ipso summè oblectatur, in illo suas collocat delicias, illo nutritur; hic facit, ut tantocum affectu adhæreat omnibus objectis, in quibus observæ aliquam amabilitatem, ut sine intermissione se fatiget, ut nihil non faciat, nihil non patiat, ut satisfaciat huic amori, quem æstimat velut vitam suam) Est ne hæc vita Christiani! Non, hæc est vita hominis, qui hisce omnibus sese nutrit ac reficit, vel ut meliùs dicam, hisce se inficit; profectò enim hæc non est vita ipsius; est potiùs ipsius tormentum, ipsius infirmitas, ipsius mors.

Solus Amor Dei est vera vita Christianorum, & est vita admirabilis. Sed Christianus vivit ex amore, quem Deus largitur ipsi gratuito, sicut fidem & spem, ita, ut non indigeat aliquo vel labore, vel contentione, ad eliciendum illum è proprio corde suo; omnis ipsius labor foret inut lis, quamcunque adhiberet contentionem, nunquam assequeretur scopum suum; siquidem hic amor est totus divinus ac supernaturalis, quem Deus ipsemet format in corde suo adorando, & exin illum collocat in corde Christiani, cui aliud agendum non superest, nisi ut illum recipiat, & post hæc igne hoc divino consumi se sinat. Ecce veram ipsius vitam. Vides, quàm admirabilis hic sit amor, per quem Christianus absque labore evadit amicus Dei sui? Dicitur plerùm-

que: Amicus meus est alter ego; si igitur verè is est amicus Dei sui, ratione quâdam evadit DEUS. Et quia verum est, quòd inter amicos omnia bona sint communia; Christianus, qui vivit ex amore sacro, bene dicere potest: Omnia bona Dei mea sunt, eòquòd ipsemet mihi sit velut amicus. Possu sum dicere amico meo: Totus tuus sum, & omnia, quæ mea sunt, tua sunt; & hæc reciproca: Totus tuus sum, & omnia, quæ mea sunt tua sunt; & hæc non est imaginatio, siquidem ita loquitur Sanctus Paulus Christianis, viventibus ex amore Dei: *Omnia enim vestra sunt*: Cum habeatis amorem DEI, sufficit, possidetis omnia.

Valdè profectò mirandum est, nos uti in hoc audere tantâ confidentiâ cum infinitâ Majestate Dei: Nam ego quis sum, ut esse prætendam amicus Dei, & alter ipse? Ego sum nihil; sed è nihilo is formavit mihi cor, eò duntaxat nomine, ut illo amari se faceret; imò plùs adhuc fecit; ipsemet enim collocavit in hoc corde amorem, quo vult, ut prosequar ipsum; & ne metuerem nimis, moliri tantâ sublimia, dedit mihi de hoc manifestum mandatum, & quidem mandatorum legis suæ maximum, ut demonstraret mihi, se non solùm id velle, sed id esse, quòd in mundo desideret omnium maximè; & ut magis adhuc & arctius me urgeret,

geret, ne me in hoc deessem partibus, aeterna mihi comminatur tormenta, si amate ipsum recusarem. O DEUS, quanta igitur nostrae est conditionis sublimitas! quam ipsa est admirabilis! An felicitati Christiani par unquam fuerit vel sit felicitas, si hanc cognoscere is novit, & novit vivere ex fide, spe & charitate, quam Deus dat ipsi ex pura sua liberalitate, abs eo, quod vel minimum laboraret pro ipsa, nisi eandem recipiendo? O DEUS bone! Deus aman-

tissime! Bonitas infinita, quam merito flagrabit ille igne inferni aeterno, qui flagrare noluerit in terris, igne divini tui amoris!

Desideras aliquod exercitium, ut haurias profectum ex fide admirabili Virginis Sanctissimae? Ecce unum tibi, quod invenes utilissimum: Studeas vivere ex fide, Spe & charitate, quae propria est vita Christiani. Sed videtur mihi, nos diu nimis deflexisse a sermone de Sanctissimâ Virgine; Reverentur ad illam.

ARGUMENTUM.

De Obedientiâ Cæcâ Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS III.

Posses ab initio offendi, dicebat mihi Viator noster, ex eo, quod loquar tibi de obedientiâ, velut de quadam personâ cæcâ, cum obedientiâ sit alios dirigere, & insuper dicatur, neminem unquam certiozem esse, quod non defleat à rectâ semitâ, quam qui dirigi se sinit ab obedientiâ. Verum si cæca est, quômodo nos poterit dirigere? Est prodigium obedientiæ, quod ipsa nunquam magis sit illuminata ad nos dirigendos securè, quam dum magis est cæca; quanto magis ipsa claudit oculos propriæ suæ cognitionis, ad sequendam simpliciter illam potestatis superioris, cui obedimus, tantò magis est certa, quod

bene incedat & ambulet. Ipsa cæca est, quia oculos clausos habet, & tamen nunquam est magis illuminata, eòquod dirigatur à lumine suâ luce multò splendidiore; & consequenter ipsa nunquam magis certa est, se bene ambulare, nosque securè dirigere, quam quando non videt ad se dirigendam.

Hinc est, quod insignis Aeterna Climacis Joannes Climacus dixerit, quod grad. 4. via, quæ ambulatur in obedientiâ, sit via absque curâ, navigatio absque periculo, quod sit agere iter absque labore, quasi aliquis portaretur illuc dormiens, quod accedere volebat. Deinde adjungit: Quod propriè sit, obedire modo

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Cccc

ccc-

Cor. 3
13.

vid. inf.
et Chri-
stianum,
egre enim
eo, velut
nico.

cœco, totam onus suum impone-
re humeris alterius, ipsique id por-
tandum relinquere, absque eo,
quod ipsam habeat sollicitum;
quod sit negotiari cum lucro abs-
que jacturâ; si enim aliqua jactura
occurreret; soli obedientiæ de eâ
ratio reddenda foret, dum interim
obediens semper reportat lucrum
& meritum actionis suæ.

Hem, interrogavi ipsum, an
igitur in omnibus claudendi sunt
oculi! an igitur indifferenter nos
trahi patiamur, quocunque volue-
rint alij, sive ad bonum, sive ad
malum! an igitur illi, qui trahi se
sinunt ad vitam facinorosam à pra-
vis socijs, excusandi erunt, dicen-
do: Sequebar obedientiam cœ-
cam, feci omnia, quæ voluerunt
alij, pete rationem ab eis, qui huc
me adduxerunt?

D. Thom.
2. 2. q. 104.
a. 7. Quid
sit obedien-
tia cœca.

Non, respondit mihi, nullatenus
id voco obedientiam cœcam,
brutalis est. Est discrimen, uti
inquit sanctus Thomas, inter obe-
dientiam cœcam, & obedientiam
indiscretam: Indiscreta non discer-
nit, quod deduci se sinat, unde in-
differenter sequitur tam bonos,
quàm malos duces: Sed obedien-
tia cœca nonnisi claudit oculos
proprijs suis luminibus, quàm ut
totam se consignet directioni lu-
minum DEI, quæ nunquam de-
ducent eam in partem malam:
quantò magis illa seipsam hâc ra-
tione ex cœcabit, seque proprijs
suis exuet luminibus, tantò ab-

undantiùs recipiet lumina & illu-
strationes DEI. Mirum est, quod
maxima difficultas obedientiæ con-
sistat in oculis; non est hæc in pe-
dibus, quibus ambulandum est;
non est in brachijs, nec manibus,
quibus est laborandum; sed est in
oculis, quibus faciendum est nihil:
an bene intelligis, quid velim di-
cere?

Non ita res se habet cum obe-
dentiâ, sicut cum alijs virtutibus:
In alijs primum & facillimum est,
cognoscere bonum, quod est fa-
ciendum: Secundum, quod est
difficilius, velle id facere, & diffi-
cillimum omnium est, id exequi;
sed in obedientiâ totum est con-
trarium: Siquidem perficere so-
lummodò id, quod mandatum est,
est minimum, quod facere quis
potest, & obedientia imperfectis-
sima; quando repugnat voluntas,
& intellectus adhuc magis, non
est nisi obedientia coacta, & nul-
lius valoris: sed facere id libenter,
difficilius quidem est, & etiam per-
fectiùs obedite; si autem obedien-
tia non eò pertingat, ut captivet
intellectum, cum hic repugnet,
suas opponat rationes, reprehenda-
dat, & arguat id, quod præcipitur,
nonnisi adhuc obedientia imperfe-
cta est. Quando igitur erit vera
& perfecta obedientia? quando
erit cœca: Ipsius perfectio confi-
stet in sua cœcitate; quando ani-
ma clauferit oculos omnibus pri-
vatis suis rationibus, ita, ut nec
audeat

Obedientia
discreta est,
non bruta-
lis.

Obedientia
differt ab
alijs virtutibus.

audeat examinare, an id, quod precipitur, consentaneum sit rationi, vel non? & sic absque eo, quod multum inquit, cæcæ modo deduci se sinat, quò voluerit obedientia. Hæc doctrina est Magni Sancti Gregorij: *Nescit enim judicare, quisquis perfecte didicerit obedire, quia hoc solum bonum putet, si præceptis obediatur.*

Nonne igitur vides, veram non esse obedientiam, nisi cæcam? & ideo talem nuncupo illam Sanctissimæ Virginis. Nunquam obedientia puræ alicujus creaturæ fuit perfectior, eòquòd nunquam aliqua magis fuerit cæca, quam obedientia ipsius; & per hanc obedientiam perfectè cæcam, secuta est ipsa ubique & proximè Filium suum JESUM Christum. Audeo dicere omni cum reverentiâ, quòd ipsemet JESUS Christus, in hoc sensu fuerit cæcus, & cæcorum omnium cæcus maximè, eòquòd obedientium omnium fuerit maximè obediens; quòdque, cum in totâ vitâ suâ non fecerit aliam, nisi voluntatem divini Patris sui, sicut ipsemet attestatur in Evangelio: *Veni, non ut faciam voluntatem meam; sed ejus, qui misit me, Patris;* dicendum sit, ipsam clausisse oculos in omnibus, & nunquam secutum fuisse aliud lumen, vel aliam directionem, quam illam adorandi hujus superioris, qui ipsi præcipiebat. An unquam magis cæca extitit obedientia?

JESUS Christus antecedit, vel primus obediens, primusque cæcus. Sanctissima Virgo ipsum sequitur, Unigenito suo obtemperans Filio, velut cæca secunda: Hic igitur cæcus ducit cæcam: Verum est; sed scriptum est in Evangelio; quòd, si cæcus cæcum ducit, ambo cadant in foveam: Hoc etiam verum est; videbis enim ambo cæco modo in eandem se præcipitare abyssus: Aspice, quòmodo ambo incedant, & vide, an non in idem præcipites sese agant barathrum. Ecce profectò spectaculum dignum admiratione omnium creaturarum.

Eccur egredieris è sinu tam jucundo, tamque magnifico Patris tui cælestis O Fili Unigenite DEI vivi? Quò vadis! Vado in terram, respondit Verbum Divinum, quòd me mittit obedientia: Et quid facturus ibi? Immerurus me in profundam abyssum omnium miserationum humanarum, quibus immerfos video omnes miseros peccatores ibi pereuntes: Descendo ad eos, ut ipsos inde extraham: Sed quæ convenientia, quòd Majestas tam sublimis se eòusque demittat, amplectens statum se adeò indignum; & quid opus tibi fuerat ejusmodi moliri consilium, ut salvares homines? an id non poterat unico verbo, remanens semper in throno Majestatis tuæ? Ita, id poteram bene; mille se opponebant rationes ei, quòd agebam, si illas

Ccccc 2.

vo.

Ums cœcus ducit alterum & ambo in foveam cadunt.

Matth. 18. v. 14.

Obedientia
liberata est,
na bruta
is.

Gregor.
lib. 1.
cap. 4.

Obedientia
differt ab
iis virtutibus.

Christus
in seipsum
descendit
ut obediret
patris.

Matth. 6. v.
10.

voluiffem aufcultare; fed claudēbam oculos omnibus; eo nomine profus ex-cœcavi me, ut cœco modo me dirigi permittērem ab obedientia.

**Speſtacu-
lum admi-
rabile obe-
dientia cœ-
cæ JESU
Chriſti.**

Verum an libenter id facis? an poſſibile eſt, non experiri te repugnantiam, obediendō in re tam difficili, quæque ita adverſari videtur ſana rationi? non! totum experior contrarium, tantam enim ex eo capio voluptatem, ut magnis incedam paſſibus, grefſibus curram gigantis, dilatato volem corde præ gaudio illuc, quod me ducit ac dirigit obedientia, abs eo, quod quidquam agam, niſi ut diligentiffimè impleam id, quod præcipit ipſa mihi: *Exultavit ut gigas ad currendam viam, à ſummo celo egreſſio ejus.* Eo nomine celum deſero, meumque incipio curſum, ut quanto cœcis eō perveniam, quod me vocat obedientia.

Pſalm. 18.

Quod igitur ipſa vocat te? In abyſſis adeo profundas, ut nonnihil oculi DEI illarum ſcrutari & intueri poſſint profunditatem: *Qui intueris abyſſos.* Ex DEO æterno infans nam unius diei; ex DEO Omnipotentē imbecillima ſiam creatura; ex DEO in magnitudine immenſo, parvus ſiam vermiculus terræ; ex DEO infinitā Majestate ſplendido, homo ſiam innumeris oneratus opprobrijs; ex ſupremo Monarcharum Monarcha, qui gloriam & divitias poſſidet in domo ſua, pauper ſiam men-

dicus, qui non habet, ubi ſuum ſtatgat pedem, ubi ſuum reclinet caput; ex Omnipotentē Creatore cœli & terræ, abjecto ſiam plebis & opprobrium hominum; ex iudice vivorum & mortuorum ſiam reus, accuſatus à ſcleratis, condemnatus à reprobis, ſupremo aſſectus ſupplicio à carnificibus.

Itane magne & vive DEUS, Majestas infinita, te in hæc abyſſus agis præcipitem, obfirmans oculos omnibus, quin conſideres nec emolumenta tua, nec naturæ repugnantiam, nec indignam, crudellem, injuſtam, quam experieris, accipiendi rationem, nec opprobria, nec ignominias, nec omnem hominum contra te effundendam rabiem, quæ tremore convellat bæſes mundi, quæ pallore obducat ſolem, quæ ipſas præ horrore diſſindet petras? an his omnibus obfirmas oculos? Et citra quod ad quidquam attendas, niſi quod obedientia te mittat, vadis illuc ſimpliciter, amò non vadis illuc, ſed curris illuc paſſu giganteo, & curris illuc tanto cum gaudio, ut malis amittere vitam, quàm omittere obedientiam? O obedientia cœca DEI, quem adoro, quàm es admirabilis! Eheu ubi ſumus? an umbram duntaxat habemus obedientia?

Sed intueri cœcam alteram, quæ primi hujus cœci premit veſtigia, quæque currit poſt ipſum ubivis & in omnibus giganteo paſſu,

Obedientia
in Sanctissima
Virgine

passu, ex voce obedientiæ. Hæc est Sanctissima Virgo, quæ parem sibi non habuit in obedientiâ vel magis cœcâ, vel magis perfectâ, post Filium suum Unigenitum. In primis certum est, fuisse illam ubi- vis cum ipso in omnibus his abyssis humiliationum & miseriarum, quas potius elegisset pro seipsâ, quàm pro charissimo suo Filio, si secuta fuisset affectus amoris sui naturalis, siquidem seipsâ magis amabat ipsum: Adem fecisset, si secuta fuisset lumen rationis humanæ; videbatur enim rationi consentaneum, omnia pati creaturam, quæ patitur Creator. Sed ipsa occludebat omnibus oculos, & unicè cœcam amplectens obedientiam, consentiebat omnibus, ea volebat, & ex toto anhelabat pectore: Ipsa nunquam aliter voluisset, edquod incedere semper voluerit per viam simplicis, cœcæ ac perfectæ obedientiæ: Ecce gigantæ- um ipsius post gigantem abeun- tis cursum!

Et quantum spectat ad personam ipsius particularem, si consideres cœcitatem & perfectionem obedientiæ ipsius, illa est admirabilis. Virgo Sanctissima, tu ex decreto æterno DEI elevata es ad sublimissimum dignitatis verticem, quod pura creatura possit ascendere; Tu es Mater DEI, Regina Angelorum, gloria totius generis humani; omnes honores, omnes divitiæ, omnes oblectationes, ma-

ximæ quæque prærogativæ totius mundi æquissimo jure debentur dignitati tuæ: Sed videor mihi videre te descendere ex hoc Majestatis Throno, velut si egredieris è vertice cœlorum cum Filio tuo, & giganteo cum ipso curris passu: Quod concedis tantâ cum celeritate, tantâque cum lætitiâ? Non at- tendo, quod concedam, sed cœco modo permitto me obedientiæ: Sed an nôsti, ipsam ducturam te per vias arduas, difficiles ac spinosas? haud refert, ubi's cœco se- quar modo.

Considera ipsam ducturam te in statum tam indignum dignitate Matris DEI, ut omnis sapientia mundi judicatura sit, cœlum inju- stum esse, dum illum tibi ordinet, teque æstimatura infelicem, dum eundem supportas: Tu nobilior & dignior es omnibus mundi prin- cipibus, & non nisi conjux eris simplicis fabri lignarij; an rationi hoc sit consentaneum? Tu es Ma- ter Regis Regum, & lucrari tuum debes victum, paupertati in morem scæminæ; an congruat hoc æquitati? Tu es Mater DEI Ho- minis, cui omnia debentur homa- gia, ac supræmæ tum in cœlo, tum in terrâ adorationes; & sinistra te fors obruet, ut visura sis ipsum ve- lut novissimum hominum, & ipsa- met omnium contemptuum ipsius futura particeps. An ratum & gra- tum habere poteris id, quod ita omni bonæ contrariatur rationi.

Cœcæ;

Hæc

Mirabile
spectacu-
lum obedi-
entiæ cœcæ
Virginis
sanctissimæ.

Hæc omnia quidquam agerent, si oculi mihi forent, quibus illa viderem, sed cæca sum.

Cæcitas
Matris admirabilis, quæ præsens esse vult infami & sævo supplicio Filii sui.

Nullam aspicio rationem, diceret tibi; non examino, an æquas sit, vel iniqua, molesta vel jucunda; sufficit, Deum id velle, cæteris omnibus obfirmo oculos, quos non nisi aperiam obedientiæ. Uteribus adhuc progrediar; tam ero cæca, ut ipsamet concessita sim visum, Charissimum Filium meum confixum Crucis, morte non minùs penosâ quàm probrosâ fatiscentem; & dicam in corde meo, id bonum esse, quòd ita ipsum videam; & nollem in alio statu videre ipsum; adlabo ipsamet ad plantam Crucis, & stabo præsertim erecta, ut cruentâ hæc tragedia meis exhibeam spectaculum oculis. Mille rationibus absterreari possim, ne coram adessem, & quidquam ex his viderem; sed occludo oculos omnibus, & deduci me sino velut cæcam, quocumque me ducit obedientia; perpetuò verum erit dicere, me esse Matrem Hominis pendentis in Cruce duos inter latrones; & ex hoc nunquam non contenta ero, quin hujus aliquam intuear rationem; sed solum, quia Deus hæc ratione ordinavit; & nunquam aliquid aliud respiciam, quàm cæcam obedientiam, quæ nihil respicit.

An fuerit unquam obedientia vel magis cæca, vel magis perfecta,

vel magis admiranda? O si vel parum habere liceret nobis cæca hujus obedientiæ, quæ adeò oblectatur Deus! audi bene, quid Evangelium nobis desuper dicat.

Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Non tam facillè aberratur, quando quis omninò est cæcus, edòquòd, qui hujusmodi est, incedere non audeat sine duce; non nisi falsa nostra lumina nos decipiunt, & à viâ abducunt, nosque præcipites in peccatum agunt; igitur ista non habeamus, in illud profectò non labemur; & ob hoc solum luculenter vides horum verborum veritatem; *si cæci essetis, non haberetis peccatum;* sed quia putatis habere vos lumen, quò vos dirigatis, & dicitis: *Quia videmus; peccatum vestrum manet.* Aliqui dum hunc Evangelii textum legunt, conceperunt animo sensum magis spiritualem, magisque sublimem.

Si cæci essetis, non haberetis peccatum; id est, si non haberemus aliquod lumen nobis proprium, sed sineremus deduci animam nostram in omnibus & per omnia à lumine Spiritus Dei, procul essemus ab eo, ut vel minimum committeremus peccatum, edòquòd divinum hoc lumen nunquam deduceret nos in ejusmodi præcipitium. Verum & optimum medium illuminandi nos bene circa res cælestes, est excecari nos, quantum possumus circa res ter.

Joan. 9. v. 41.
Palchra
expositio
horum verborum;
si cæci essetis, non haberetis peccatum.

terrenas; & modus optimus bene
incedendi in omnibus viis nostris,
est claudere oculos propriis nostris
luminibus; quamprimùm enim
hæc sequi intendimus, subducitur
nobis aspectus rectæ nostræ semi-
tæ, delectimus à viâ, & nostro
cum damno experimur, id, quod
credimus nos lumen, periculosas
nobis esse tenebras: *Lumen quod
in te est, tenebrae sunt.* Et hæc te-
nebræ temporales nos nunquam
deducere possunt nisi in tenebras
æternas.

Vis clarè videre, quòd cuncta
nostra lumina non sint nisi tene-
bræ, quòdque, si ipsi uti velimus
ad nos dirigendos, nunquam illæ
deducturæ nos sint nisi in tenebras
æternas: pondera bene, duo in
nobis luminum esse genera: unum
est lumen sensuum, alterum est
lumen rationis nostræ humanæ:
si sequaris lumina sensuum, quo
illa deducunt te? an ad Deum?
Non potius ab eo te avertent, &
deducunt ad res sensibiles ac mate-
riales, tuamque animam totam ef-
ficient animale. Scriptum est,
quod *animas homo non percipiat
ea, quæ sunt Dei.* Quid igitur
expectare potest incedendo per
hanc viam, nisi tenebras æternas?
ô quantum abest, ut directio sen-
suum nos deducat in cælum!

Si credis te melius facturum, se-
quendo lumina rationis humanæ,
verum est, vitæ tuæ rationem fore
magis honestam, sed propterea

magis secuta non erit pro salute
tuâ; ipsa enim efficere plus non
possunt, nisi quòd faciant reptare
te super terram, eòquòd purè sint
naturalia, & impossibile sit, ut via
& vita naturalis te deducat ad fi-
nem tuum ultimum, qui superna-
turalis est; & si ipsa deducere te
non possunt in cælum, quò ergò
deducunt te nisi in infernum? an
ignoras, nonnisi duas esse æterni-
tates? & quia impossibile est,
quòd omnia tua lumina naturalia
te deducant ad æternitatem bea-
tam, necessariò igitur deducunt te
ad miseram ac calamitosam.

Eheu si cæcus esses quoad ut-
rumque hoc lumen, tam illud sen-
suum, quàm illud rationis huma-
næ, si nunquam nec unum seque-
reris nec alterum, nunquam sanè
haberes peccatum, eòquòd te di-
rigens semper per sola lumina Spi-
ritus Dei, nec unicum unquam
faceres gressum, qui omninò di-
vinus, & supernaturalis non esset.
Lumen sensuum datum est bestiis,
ut deducat ipsas ad vitam anima-
lem; lumen rationis datum est ho-
mini, ut deducat illum ad vitam
humanam; sed lumen cæli datum
est Christianis, ut deducat illos ad
vitam super humanam & super-
naturalem, & per illam, ad pos-
sessionem Dei. Cæcus esto om-
ni alteri luminum generi, si velis
hoc sequi. Sed quâ ratione, di-
ces mihi?

An igitur meis non utar sensi-
bus?

Qui sint
feliciter cæ-
ci.

Luc. xi. v.
11.

Non se-
quatur,
si lumina
naturalia
sensuum,
vel ratio-
nis, de du-
cat nos
ad infer-
num.

1. Cor. ii.
14.

Quomodo
utendum
fit lumine
sensuum &
rationis.

bus? urere iis, sed non ad dirigendum tuam animam, sed ad gubernandum tuum Corpus, illique conservandum vitam. An igitur non utar meâ ratione humanâ? utere eâ, sed utere eâ velut faculâ, quæ tuam dirigat animam, quæ seruiat ipsi ad vivendum cum omni decentiâ inter homines, & impediendum, ne ulla committat fatuitates; nullas enim ejusmodi comittere unquam debet homo, & multo minus Christianus, cum tua vivendi ratio magis debeat esse conformis rationi, quàm illa bestiarum, magisque divina, quàm illa hominum, eòquod sis Filius Dei, cum sis Christianus; unde tui directio Spiritus dependere non debet nisi à directione Spiritus Dei.

Job. 6. v. 4.

Sanctus Job, magnus hic contemplativus, dixit verbum, quod bene à nobis intellectum, erudirét nos melius omni scientiâ Doctorum, omnique Theologiâ Sanctorum Patrum. Is affirmavit, ebibisse Deum suum Spiritum: *Ebibit spiritum meum.* Quid sit ex aquæ guttâ, quam ebibit ardor solis? Ipsa est exsiccata; sed an etiam est perdita? Non? quid ergo fit? Splendidum hoc astrum, quod bibit illam, sustulit & elevavit ipsam supra terram, quam attrahens ad se & velut distillans; eam sibi quasi incorporavit, suisque commiscuit radijs; unde non apparet amplius in terris, sed in

Permittendus est spiritus vel intellectus naturalis ebibi à spiritu Dei.

caelo insigni resulget lumine, ita ut discerni amplius non possit à sole. O quàm egregia imago directionis animæ, quæ aliam directionem non vult nisi illam Spiritus Dei! Vis hanc quoque obtinere? ne habeas Spiritum, sed tuum Spiritum ebibi permittet à Spiritu Dei.

Ipsa est magna sol illuminans æternitatem: ipse splendida sua habet lumina, & astuantes calores suos; & Spiritus tuus divinis ipsius expositus radijs erit velut aquæ gutta coram sole: parvam hanc Spiritus naturalis, quem habes, guttam, ebibi permittet ab immensitate Spiritus Dei, nec aliud desiderat; ebibet illum infallibiliter si facere illum sinas; & Spiritus tuus exsiccat manebit, tibi que videbitur, ipsum pro te esse perditum, tæque illum non amplius esse habiturum: Sed reverà infinitâ ratione melius erit, totus absorptus & immergus in Spiritu Dei, quàm si maneret semper in seipso, tæque illius habens, dispositionem, non nisi utendo lumine ipsius naturali pro tui directione.

Verum est, a quom non esse, nec etiam possibile, nunquam aliquem habere usum Spiritus huius naturalis, quem Deus concessit nobis, ut esset animæ nostræ, quod oculi sunt nostro Corpori; videndum est, an quis rectè incedat, & discendum, an quis prudenter agat. Si Sancti Patres & maximi

Do.

Doctores Ecclesie usi non fuissent spiritu & intellectu suo naturali, non haberemus eximia hæc opera, quæ reliquerunt nobis, nec divites illos divinarum scientiarum thesuros, quas communicarunt nobis, postquam è cælis receperunt illos: sed modus utendi spiritu & intellectu suo naturali, naturalis esse non debet: Hujus modum nos edocet sapientissimus hominum, utens in proverbij eximiâ metaphorâ ad declarandum nobis illum: Et est, quando nos monet, ut bibamus aquam è cisternâ nostrâ: Aqua cisternæ est tota alia, quàm illa puteorum vel fluminum, eòquòd sit aqua è cælo, nósque illam non bibamus, nisi postquam sol illam bibit, eamque nobis distillavit in pluviam: Non utere discursibus intellectus tui naturalis, ex te ipso trahens illos velut si haurires ex aquâ fontis vel putei tui; *Bibe aquam de cisternâ tuâ*; permittite, ut spiritus tuus, intellectus tuus prius totus bibatur à Deo, & exin remittatur tibi à divino hoc sole velut pluvia cælestis è cælo dilap'a. O DEUS quàm longè alium & lumina tua, & discursus tui habebunt saporem, aliâque virtutem? discursus tui penetrabunt cor, & clarè discernetur, ipsos esse lumina & cognitiones infusas. O Spiritus DEI, ebibe spiritum meum, mihi tolle omnia mea lumina naturalia, & tua da mihi. O si verè cum Sancto Job

R. P. Isaac, Consultat. Tom. III.

dicere possem: Ebibit spiritum meum!

His dictis obmutuit, apertos in cælum defigens oculos: sed non diu permisi hoc statu ipsam frui; Cum enim audirem aliquid, quòd posset in praxin deduci, interrogavi ipsum: Quid igitur faciendum, ad hunc statum pervenire desideranti? Nihil, respondit mihi, nisi ut perfectè renuntiet sibi ipsi, absolute & absque reservatione se permittat directioni Spiritus DEI, in nullo resistat ei, quidquid secum facere voluerit, sicut hæc aqua gutta nihil facit, ut bibatur à sole, nisi quòd maximâ cum tranquillitate expositam se servet ipsius radijs, quin se moveat, aut alio fugiat, aut se sub aliquâ umbrâ abscondat; nos semper fugimus, semperque prætextus & velamina habemus, quibus nos excusamus, millenasque oppositiones, quas faciamus Consilij Dei; quæ impediunt, ne divinus ipsius spiritus ex integro ebibat nostrum; Nihil igitur ex his omnibus faciendum foret, sed illi simplicissimè intendendum: Et hæc ratione, quidquid voluerit, efficiet ex nobis.

Sanctus Rex David, illuminatissimis Vatibus non immeritò accensendus, egregium quoddam habuit exercitium inter medias occupationes aulae suæ, quæ ipsum haud dubiè millenis dissipassent evagationibus, totidemque obruissent desiderijs, quibus ipsius impediti potuif-

Permittere nos debemus, Spiritui Dei, rã faciendõ, quàm ipsi attendendo.

D d d d

potuif-

Psalm. 72.
v. 23.

Gerere se
velut jumē-
tum coram
Deo, est mi-
rabilis sa-
pientia,

potuisset spiritus, ne ebiberetur à Spiritu DEI, & reciperet ab ipso splendidissimam illam lucem, quā nunquam non fuit illustratus; *Tanquam jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*: Nihil inveni, mi Deus, neque brevius, neque efficacius, in occasione perturbationis, & tumultu passionum, & immoderatis motibus proprii mei spiritus, quā tunc exhibere, meque gerere velut bestiam: Bestia non respondet, non discurrit, non se excusat, captiva semper manet sub manu Domini sui; ex quo fit, ut agat & patriatur, quidquid ille voluerit: *Et ego semper tecum*. Hāc ratione, mi Deus, esse volo sub manu tuā; nihil mihi faciendum, nihil cogitandum, nihil volendum, nisi ut agam more bestiae, quōd tibi placuerit. O quantum oblectatur spiritus Dei videndo animam, quae sic relinquat ipsum absolutum Dominum proprii sui spiritus, quin vel verbulum dicat, nec pro, nec contra! Siquidem non est jumentum habere spiritum aut voluntatem; Domini ipsius est,

habere haec omnia pro ipso. Et mirum sanè est, quōmodo Daemon & omnes inimici salutis ejusmodi animae confundantur, & praecipit cadant, dum jumentum ejusmodi spirituale offendunt, quōd in abiectione & fatuitate suā adaequet sapientiam Angelorum. Nihil tam cœcum est, quā haec anima, sed nihil quoque tam est illuminatum: Et si cæci essetis, non haberetis peccatum. O mi Deus? quā beatus & perfectus status! si ita cœcus esses, peccatum committeres nunquam.

Hæc omnia nondum satisfecerunt expectationi meae, nec desiderio aspiciendi Sanctissimam Virginem, quā ratione velut Amans sollicitè secuta fuerit divinum dilectum suum; id est, quā ratione secuta fuerit JESUM Christum in exercitio admitandarum virtutum suarum. Hinc induxi ipsum, ut altero die Consultationem nobis faceret, quae sequitur.

* *



CON-